



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 4. An res omnes præscibi possunt?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**

illa sit furtiva, vel vi possessa, nam non potest tunc præscribi spatio decem, vel viginti annorum *Instit. de usucap.* Sed juxta multos potest spatio triginta annorum ex l. *Sicut* cod. de *Præscript.* triginta, vel quadraginta annorum.

Q. 4. *An res omnes præscribi possunt?*

*Resp.* Multa præscribi non possunt, scilicet homo liber, res sacrae, & religiosae, ut calices, templa, coemeteria, &c. Jus decimarum percipiendarum à Laico, res publicis usibus destinatae, ut forum, pons, via publica, &c. Limites Provinciarum, Episcopatum, & Parochiarum, si de illis constat; res Pupilli; immunitas ab iis, quæ quis ut subditus debet Principi, ut sunt tributa, obedientia, &c. quamdiu scilicet manet subiectio, nam subditus potest præscribere immunitatem, per quam desinit esse subditus: ad quod requiruntur quadraginta, vel quinquaginta anni cum titulo, & sine titulo tempus immemorabile: nulla tamen potest præscribi exemptio à jurisdictione spirituali summi Pontificis, quia Christus absolute voluit omnes Christianos illi, ut Vicario suo & Ecclesiae capiti visibili, semper subiectos esse in spiritualibus.

S. III.